ac re principali ab eodem officio non recedendo satisfactione. omnibus Controversijs allega
tionibus evasionibus, dilationibus quibusvis vera vel simplici infirmitatibus motionibus appella
tionibus ac earum prosequutionibus alijsque in Universum Cautelis iuris remedijs et defensis le
galibusque impedimentis etiam de iure et consuetudine Concedi Solitis se et suos successores
abscribendo et abrenunciando Sub amissione sue suorumque successorum totius et integrae Causae.

Buczyńskich coniugum Advitalitas mutua.

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Bransceń. personaliter Comparentes Nobiles Si
mon olim Seraphini Buczyński ab una et Nobilis Dorothea Bornowska invicem Coniuges ab al
tera partibus Sani mente et Corpore existentes palam publice et libere recognoverunt Quod ipsi inter se mutuam et reciprocam advitalitatem
et usum fructum omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium haereditar.
iorum paternorum maternorum in haereditate Buczyno consistens remoto quovis acqui
si titulo concernentia nunc habitorum et in post divina Clementia habendorum
et acquirendorum in hunc modum fecerunt inprimis si quem maritum prius non Contigerit quod
coniugem ipsius Extunc Coniunx eius bona omnia mobilia et immobilia in agris hortis
agris pratis Campis, sylvis borris rubetis cum omnibus et singulis utilitatibus proventibus
attinentijs et pertinentijs nullis exceptis ad extrema vitae sue tempora tenebit habebit et pos
sidebit illisque utifruetur post mortem vero sua bona eadem omnia super successores ma
riti ipsius sine ulla contradictione devolvi debent et devolventur. Similiter eius
si ipsam Dorotheam Coniugem suam Celerius de hac luce decedere contigerit Extunc
praenominatus Buczyński maritus bona praefata omnia mobilia et immobilia cum o
mnibus utilitatibus attinentijs et pertinentijs ad ultima sua vitae sue tenebit habebit
illisque utifruetur post mortem vero suam bona praerecensita omnia et singula in
successores liberis sui absque ulla Contradictione successorum suorum cum pleno iure devolvi
debent et devolventur. Hac sua personali recognitione ad id accedente.

Actum in Curia Regia Bransciensi Feria Quin
ta ipso Festo Sanctae Margarethae Virginis et Martyris
Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo

Zebrowski **Exemptio.**

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransceń. personaliter Comparens Nobilis Joannes
olim Pauli Szymbor de Szymbory [illegible] sanus mente et Corpore existens palam publice et libere
recognovit Quia [illegible] nobilis Stanislaus olim Gregorij Zebrowski ex obligatione bonorum in haereditate Ja
[illegible] Zebrowizna [illegible] per eum inscripta Undecem Sexagenas polon. persolvit ideo ipsum qui
etat [illegible] et liberum facit inscriptionem eiusmodi Cassat annihilat et de bonis rescendit.

Zupieński **Superreceptio.**

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransceń. personaliter Comparens Nobilis Nicolaus
olim Matthaei Roszkowskij sanus mente et Corpore existens palam publice ac libere recognovit Quia
ipse apud [illegible] Joannem filium Thomae Zupieński ad [illegible] obligationem bonorum in haereditate
Zupianka antiqua [illegible] per se eidem in octo Sexagenis polon. inscriptis nunc denuo tres Sexage
nas polon. Superrecepit et priori summae adiunxit in qua quidem summa simul iuncta undecem
Sexagenas polon. bona eadem usque ad exemptionem modo obligatorio tenebit, tenereque [illegible]
[illegible] ex nunc realem cum actuali ac pacifica possessione per [illegible] et [illegible] duos officio acceptan.
dam dat et admittit Pacem quoque tuitionem evictionem omnimodam [illegible]
ab omni impedimento iuridico quarumvis personarum per omne tempus tenuto [illegible]
vadio simili Et Coram officio praesenti in primo [illegible] Termino [illegible] responsioni [illegible]
chione Nulla re exquisita [illegible] evadere volendo.